

1455 [= 1354] tabula aerea longa palm. 7, larga palm. 5, crassa unc. 2, pondo 156²/₃ libr. Neap., rep. a. 1831 in loco dicto *Macchia* prope Circello ad sin. Tamari, ubi Ligurum oppidum fuisse hodie constat. Inventa est (ut narravit mihi possessor) prope viam publicam silice adhuc stratam, iuxta quam aedificiorum fundamenta et ipsi portarum postes apparebant, eodem loco quo detecti sunt tituli honorarii n. 1455. 1459. 1466. Aedificium, e cuius ruinis tabula extracta est, curia vel basilica videtur fuisse vel aedes in foro sita; male vulgo balineum credunt propter titulum restitutoris balnearum ibi repertum. — Statim delata est tabula Campolattarum ad equitem de Agostini, e quo museo nuper transit in Kircherianum quod fuit, iam publicum est Romanum.

NERVA TRAIANO AVG C // // // // // // // // // // // III
 ARTICVLEIO PAETO // // // // // // // // // // //
 I MAXIMIQ PRINCIPIS OBLIGARVNT PRAI // // // // // // // // // // // IO LIGVRES · BAEBIAI
 EX INDVLGENTIA EIVS PVERI PVAELLAEQ A // // // // // // // // // // // CIPIANT

p. Chr. 101

ICANO T HS CCLXXII REIPRO	HS CCCLXXV	ITEM FVND PASTORIANI PERTICA BENEVENTANA PAGO AEQVANO ADF PRISCIA RESTITVTA ET POP AEST HS LX F HS CXXV IN HS VIII N CALLISTVS RVTLII LVPI	HS LXXXIIX	////) FEROCIE FVND VALERIANI VASCLIANI CVM ////) ETINIS PAGO MARTIALE ADF RVTLIO LVPO /ST HS L IN HS	HS C
5 AOLLIANI ADF CAESIO HS VI PERTICA LIA AEST	HS CL	5 CRISPIA RESTITVTA FVND POMPONIANI PERTICA BENEVENT PAGO AEQVANO IN LIGVSTINO ADF NASIDIO VITALE AEST HS L IN HS III BXX	HS LXXXIIX	5 TRONIO PRIMIGENIO FVND DECLIANI PAGO MAR TIALE ADF CAES · N · AEST HS XXX F HS	HS L
10 CA PETRV A NOLANA DENTE ANLIA	HS CCLXVIS	L NAERATIO DIADVMEÑO FVND RVBRIANI IN BENEVENTANO PAGO LIGVSTINO AEST HS XXXIII IN HS	HS XXV	A PLOTIO OPTATO FVND CAMVRIANI PAGO ROMANO IN LIGVSTINO ADF REIP LIGVSTINOR ET POP AEST HS XVIII IN HS	HS XXV
15 ONIANI HS L IN	HS CCXCIII	T AMVNIO SILVANO FVND TREBELLIANI ET AP PIANI CVM CIRCEIS PAGO ROMANO AEST HS XXXVI IN HS III	HS C	P TINTORIO FELICIONE FVND CALANI CVM PARIET ADF S · S · AEST HS XXXV IN HS	HS LXXV
20 Q · E · IN ATE ET PONE REG STINO AEST LORIANVM ANO ADF · NA	HS CXXXVIS	NERATIO CORELLIO FVND PACCIANI ET CASAE AVRELIANI ADF IVLIO SATVRTINO AEST HS XXII IN HS II N NERATIVS MARCELLVS	HS L	Q OCTAVIO MARTIALE FVND AVRELIANI MARCIANI PAGO ARTICVLANO AEST HS LXXXII F HS VIII	HS CC
25 NIA AEST HS LXVIII FRONIANVS ANVM ET	HS CLVIII	CN MARCIO RVFINO FVND MARCIANI ET SATRI ANI AEST HS CXXX ITEM FVND IVLIANI AEST HS XIII ITEM FVND AVILLIANI AEST HS XXXXII ITEM FVND VITELLIANI ET NASEN NIANI ET MARCELLIANI ADF SVELLIO FLACCO AEST HS CXX IN HS X · ITEM FVND CVRIANI ET SATRIANI PAGO HERCVLANEO ADF TETTIO ETRVSCO AEST HS XXXV IN HS III ITEM FVNDI ALBIANI CVM CASIS PAGO MEFLANO ADF NONIO RESTI TVTO AEST HS CX IN HS X · ITEM OBLIG VIII FVND CAESIANI IN BENEVENT PAGO TVCIANO ADF MESSIO APRO AEST HS L IN HS	HS LXXI	M CAELIO FLACCO FVND ANTIQVI ADF VILLIO FLACCO AEST HS XXV IN HS ITEM OBLIG VIII FVND CAPIANI PAGO SALVTARI VILLIO FLACCO sic AEST HS L IN HS III F HS LXXXV IN HS VI	HS CL
30 T CAERELLIA BENEVENT ADFINE	HS CXL	L TETTIO ETRVSCIANO FVND ALBIANI ET AMA RANTIANI SVRIANI ANNIANI IN BENEVEN TANO PAGO SAECVLANO ADF MARIO RESTI TVTO AEST HS CL IN HS XII	HS CCC	RE PVBLICA BAEBIANORVM FVND IVLIANI MAIORIS ET MINORIS ET MEDIANI LABEONICAE TVRRICVLAE AEST HS C IN HS X	HS CCL
35 I · Q · E · IN GRO ET HS XXXVI OLLIANI	HS CX	P TITIO AIACE FVND VEIARANI IN BENEVENT PAGO ROMANO IN LIGVSTINO ADF CAES N AEST HS XIII IN HS	HS XXV	CEIO VESTIGATORE FVND MANLIANI PAGO FASCIANO CAMPI CALEDIANI ADF CAES N AEST HS LXXXIIIX IN HS VIII ET FVND MARCIANI AEST HS XLV IN HS F HS CXXXIII IN HS XII	HS CCC
40 S LXVI IVS MAXIMVS ANI IN BE ET AEQVANO CA LIGVRVM	HS L	L VALGIA SECVNDA FVNDI CVRIANI ET MVNA TIANI IN BENEVENT PAGO MEFANO ADF OCTAVIO MODESTO AEST HS XXIII ITEM FVND PROFIANI IN BENEVENT PAGO CAE LANO ADF GAVIA MYRTALE AEST HS XXIII F HS XXXVIII IN HS	HS XXXIIX	CEIO VENATORE FVND ANTONIANI CVM CASA PAG BENEVENTANO ADF RVTLIO LVPO AEST HS XL IN HS III CLX ITEM FVND POSTVMIANI PAGO FASCLAE CAMPI DECLIANI AEST HS XXX IN HS II B F HS LXX IN HS VBCLX	HS CXLIS
45 XLIIIIC S II IN BENE ENIO ET POP	HS LXV	L LONGIO PYRAMO FVND SESTIANI FINIB · BENEVENTANOR · PAGO ROMANO ADF METILIO MARCELLO ET POP AEST HS XX IN HS DCLXXX	HS CXXV	ANTONIO LYBICO FVND PETILLIANI CVM CASIS ET PA RIETINIS PAG HERCVLANI AEST HS C IN HS VIII	HS CCL
50 ASPIDIANI GO MARTIA HS LXX INIBVS XV · N · FILI	HS CCCLXXV	ANNIO RVFO FVND BASSIANI ET VALERIANI CAESIANI PLINIANI CVM SALTIBVS XXV PERTICA BENEVENTANA ADF CAES N AEST HS CCCLII F HS XIII	HS CCCL	ANTIO GAMO FVND TERCENTIANI PATERNI ADF RVTLIO LVPO AEST HS C IN HS X	HS CCL
55 NIANI ACINO TEM FVND RVM V IN	HS L	C IVLIO SATVRNINO FVND PVBLIANI ADF NE RATIO MARCELLO AEST HS LXXX IN HS VII IVLIA HECCATE FVND CORONIANI ET CERELLIANI ET CASAE CRISPINILL PAGO ROMA ADF CAES N AEST HS XXIX IN HS ITEM FVND CLODIANI PAGO HERCVLANEO ADF TVRPIL · LIO LVPO AEST HS XXIII IN HS F HS LII IN HS III	HS CLXXV	VERGILIO PROCVLO FVND ALBIANI PAGO ALBANO ADF SVLPICIO FLACCO AEST HS XX IN HS	HS XXV
60 BRISO ARTINO M FVND O AEST HS	HS CCXXV	P · CAMVRIO FORTVNATO FVND LVSIANI ET CASAE POPILLIANICAE PAGO MEFANO ADF VALERIO VALERIANO AEST HS LXXX IN HS VII	HS CLXXV	TVRESELIO PVDENTE FVND CAERELLIANI PAG MEFLA NO ADF RVBRIO AEST HS L IN HS III	HS LXXV
65 I RVFI Q · E · IN LO ET POP EST HS LX S FIL	HS CXXXVIII	TREBONIO PRIMO FVND APVLEIANI ET CASSI ANI ET ARELLIANI PAG MEFANI ADF MARCIO RVFINO AEST HS C IN HS VIII	HS CCXXV	STAFONIO SECVNDO FVND CISPPELLIANI PAGO ADF RVBRIO PRIMO AEST HS L IN HS III	HS C sic
70 NEVENTANA ELLIO VITALE ADF · S · AEST	HS C	L STATORIO RESTITVTO FVND MARCIANI CVM PARIETINIS ADF CAES N PAG SALVTARE AEST HS XXV · IN HS COMICVS	HS L	BETVLENO PRISCO FVND SENECIANI PAGO MARTIALE ADF RVTLIO LVPO AEST HS XXX IN HS B	HS LXIIS
75 GVSTINO FVND CAE HS L ANI CVM	HS LXXXIIIIS	L VIBBIO ANENCLETO FVND FLAVIANI PAGO MEFLANO ADF NERATIO MARCELLO AEST HS XXX · IN HS D N HEDONE	HS LXIIS	STATORIS PRISCA ET PVDENTE FVND LVCILLIANI PAGO MARTIALE ADF SEPPIO FEROCIE AEST HS XXX IN HS II	HS L
80 LNIO SECVN	HS CC	NAEVIO VITALE FVND · FLAVIANI PAGO MEFLA NO ADF MARCIO RVFO AEST HS XXVII IN HS CCCXXXX ITEM FVND AQVILLIANI PAGO · S · S ADF VMBRIO PRIMO AEST HS XL IN HS III · F · HS LXXXIII IN HS VCCCL	HS CXXXIIIIS	BEBBIO FEROCIE FVND VALERIANI PAGO MARTIALE ADF VMBRIO PRIMO AEST HS XX IN HS	HS XXV
				LIVINIO PROCVLO FVND PETICIANI PAGO LIBICANO ADF VIBBIO MODESTO AEST HS XX IN HS	HS XXV
				SOSIO SECVNDO FVND CVRTIANI PAGO S · S · ADF S · S · AEST HS IV IN HS V	HS CXXV
				VIBBIO MODESTO FVND FAMILIARI KAQVAERATA PAGO LIBITINO ADF CAELIO MAXIMO AEST HS CXXII IN HS X	HS CCL
				HELVIO MODESTO FVND GEMINIANI TEBANI ADF CAELIO MAXIMO AEST HS XLII IN HS IIIB	HS LXXXVIII
				LICINIO LIBERALE FVND VAREIANI CVM CASA FOEDERNA ADF NERATIO MARCELLO AEST HS XXVII IN HS II	HS L
				ANTISTIS IVSTO ET PRISCO FVND LVCCELIANI GAL LIANI PAG MARTIALE ADF VMBRIO PRIMO AEST HS XXX IN HS II	HS L
				M SEPTICIO CRESCENTE FVND VETTIANI MINOR IN BENEVENT PAG MEFLANO ADF TREBIO AMPLI ATO AEST HS L IN HS ITEM FVND DOMITIANI PAG HORTICVLANO ADF OCTAVIO PROCVLO AEST HS L IN HS F HS C IN HS VI	HS CL
				NONIO RESTITVTO FVND NONIANI IN BENEVENT ADF OCTAVIA VENUSTA AEST HS L IN HS III	HS LXXV
				COSINIO COSMO FVN PETRONIANI IN BENEVENT PAG MEFLANO ADF SEPTICIO RVFO AEST HS L IN HS DLX	HS LXXXIX
				TREBIO AMPLIATO FVND VERGILIANI IN BENEV PAGO S · S AEST HS L IN HS III	HS LXXV
				STENIO FELICE FVND SENIANI VALINTIANI ET OCTAVIANI AEST HS CC IN HS XVI	HS CCCC
				BADIO SATVRNINO FVND VEDIANO IN BENEVENT PAGO CETANO ADF FOLIO ORIENTE AEST HS LX F HS	HS LXXV
				AFINIO COGITATO FVND IN BENEVENT PAGO CATILLINO FINIBVS AEST HS LX IN HS	HS C

Guarinius cum in *Bull. dell' Inst.* 1832 p. 210 de inventa tabula primum nuntium dedisset, mox comm. XVI (1833) p. 91 inscriptionem et pag. I totas, pag. II 1—4. 63—79 descripta ab eq. de Agostino, missa sibi a Friderico Cassitto edidit aeri incisa; de quibus commentatus est Borghesius *Bull. dell' Inst.* 1835 p. 145—152. Postea col. II 51—62 ed. Guarini comm. IX ed. 2 (1840) p. 16. Tota tabula edita est a Garruccio (*antichità dei Liguri Bebiani, raccolte e descritte dal P. Raffaele Garrucci della compagnia di Gesù*. Neap. 1845. 8. pp. 50) ex pessimo ipsius exemplo (v. censuram libri *Bull. dell' Inst.* 1845 p. 81—94). Quod statim emendavit Henzenus usus longe meliore Henrici Brunnii apographo, addito denique luculento commentario (*Ann. dell' Inst.* vol. XVI 1844 p. 5—111 cum. suppl. *Bull. dell' Inst.* 1845 p. 233—234, *Ann.* vol. XXI 1849 p. 220—239). Qua re motus Garruccius archetypo iterum consulto et adsumpto in societatem laboris equite de Agostini viro perito et diligenti novam tabulae editionem paravit aeri que incidit totam (*monumenta reipublicae Ligurum Baebianorum in Baebiani ruinis aut locis vicinis reperta, cum disquisitionibus in ἀντίγραφον tabulae aeneae alimentariae reip. eiusdem*. Romae 1846 fol. pp. 36; cf. *Bullett.* 1847 p. 8—16). Iam melius duobus viris res cessit atque cesserat soli Garruccio; tamen ut omnis dubitatio tolleretur, a. 1846 exeunte Campolattarum ego me contuli exceptusque ibi singulari comitate a domino tabulae adiutusque ab eo, ubiubi differbat Brunnii exemplum a Garrucciano secundo tabulam inspexi, cuius laboris rationem reddidi *Bull. dell' Inst.* 1847 p. 3—8. Correctiones meas comprobavit denique ipse Garruccius *Bull. Napol.* a. V (1847) p. 69 (cf. p. 121 sq.), qui felici casu ea ipsa quae ego in tabula reppereram indicaveramque, mox et ipse tertiis curis in tabula invenit. Idem denuo argumentum retractavit *diss. arch.* 2 (1865) p. 40—53. Repetivit Henzen *syll.* n. 6664. Huius editionis causa lectio mea a. 1846 ubi differt a Garruccii lectione secunda (in tabula 1846), tertia (*Bull. Nap.* 1847), quarta (*diss. arch.* 1865), ibi aes denuo inspectum est aut a me ipso aut ab amicis Romanis Henzenio Dresselioque.

In titulo hodie deficiunt 1 NERVA TI, 2 ARTICV, 3 I-MAXI. — 4 AVGC Garr. recte, AVG ego. — 3 PRAI ego probantibus amicis, PRA Garr. II, dubitat Garr. IV. — ante O quae cernuntur litterae duae fractae, earum prior tanto spatio distat a posteriore, ut P fuerit necesse est, nulla enim alia littera satis apta est. Posterior aut I fuit aut T; nam quamquam hanc litteram admitti posse negat Garruccius, id qui ipsum aes examinaverit et exempli causa T, quale est v. 2 in PAETO, comparaverit, falsum esse intelleget. Quare fuit in aere aut PIO aut PTO. — in fine adhuc edebatur BAEBIA; esse in aere BAEBI reppererunt amici Henzenus Dresseliusque. — 4 prima littera infra fracta olim mihi visa est esse posse aut T aut E dimidiata; illud solum admittunt Agost. Garr. recte. — A Garr. II. IV recte, AI ego.

Pag. I, 4 ICANO Garr. III. IV recte, ICANO ego.

3 mihi et RETPRO et REIPRO legi posse visum est; illud posuit Garr. II, hoc solum probavit Garr. III. IV probaruntque amici, sed quod supplet ille rei p(ublicae) Ro[manae] quo pertinere potuerit, difficile dicitur.

Enarratio aeris huius quamquam et ab Henzeno praecepta est et ab huius syllogae ordine aliena, ea tamen ne hic quidem omittenda sunt, quae ad documenti gravissimi faciem et commodum usum per-

[Imp. Caes.] Nerva Traiano Aug. G[ermanic]o IIII

[Q.] Articuleio Paeto [cos.]

[qui i. s. s. ex praecepto optim]i maximiq(ue) principis obligarunt praedia, ut ex em]pto Ligures Baebiani [usuras semestres i. s. percipiant et ex indulgentia eius pueri puellaeq(ue) alimenta accipiant.

Desunt in principiis v. 3. 4 elementa minimum vicena (nam litterae v. 1 alterum tantum spatium occupant quam v. 3, in illo autem minimum VII desiderantur; deinde versus 3 ad extremam marginem tabulae ut desinit ita etiam inde inceperit necesse est, quod secus est in v. 1), in hiatus eorum versuum altero elementa in priore c. 9, in posteriore c. 8. V. 3 quod ego olim posui praedia ex proposito recte monuit Garruccius spatium excedere; ab ipso autem commendatum praedia sester]tio Latinum non est, cum usurae de quibus Garruccius sensit, nempe ut pro centenis nummis bini et semis annui numerentur, Latine

41 CAAETRV Garr. II male.

42 ANOLANA ego probantibus amicis, CA NOLANA Garr.

44 posse legi iudicavi ANLIA et MILIA; illud dedit Garr. probaruntque amici.

21 FONEREG ego, probaruntque amici et ego ipse curis secundis, ONEREG Garr. II, ONEREI Garr. III. IV: 'del τ non vi è traccia, il G, ultima lettera, fu dopo nuovi studii giudicato da noi essere un I, inciso forse dopo una correzione, ove ora non altro appare che il bronzo corrosivo.' Supplet [obligati]one rei [publicae Ligustinorum].

25 vix olim scriptus fuit.

29 in. \ om. Garr. II.

30 ICAERELLIA Garr. II male.

53 INIBVS ego probantibus amicis, INIBVS Garr. II.

54 FILI aes, FILI aut FILO Garr. II male.

56 \CINO ego, R (aut L) CINO Garr. IV, R fuisse videri adnotant amici.

63 MFVND ego probantibus amicis, EMFVND Garr.

74 I Garr. probantibus amicis, CI ego.

pag. II, 27 TVCIANO aes, non LVCIANO.

29 in numero CCCCLXVI error est non quadratarum sed computatorum, septem enim summae 130000 + 14000 + 42000 + 120000 + 35000 + 110000 + 50000 cum vere fiant 501000, ommissa quinta positus est numerus falsus 466000.

43 usurae XXXXIIIX (sic in aere videtur esse) cum non respondeant sorti v. 46 \BCLXXX, aut hoc loco scribendum fuit \BCCCCXX aut illo XXXXII, quae mutatio facilius est.

45 METELLO Garr. II male.

79 in numero, qui certae lectionis est, item erratum est, cum summae duae XXVII + XL fiant LXVII. Fortasse pro XXVII incidendum fuit XLIII.

pag. III, 3 ST Garr. II probantibus amicis, ST ego.

43 C pro CL Garr. II errore incidentis in aes.

44 XXV factum esse videtur non ex XXXI, ut ait Garruccius, sed ex XXVI.

48 pro XXV sculptor antiquus primum posuerat XXVI.

25 alicubi in numeris lectionis ceteroquin certae erratum est, cum summae duae 98000 et 45000 fiant 143000. Debit esse aut v. 25 LXXXIIIX aut v. 27 CXXXXIII.

37 PAGO Garr. II recte, PAG ego et Garr. IV.

46 SERRIO Garr. II male.

53 R in FAMILIARI, E in KAQVAERATA superne truncatae sunt, satis tamen apparent.

56 TEBANI Garr. II. IV idque legi magis visum est amicis, TEIANI ego.

65 SEPTIGIO CRESCENTI Garr. II male.

72 COSENIO Garr. II male.

FVN Garr. II. IV recte, FVND ego.

78 OCTAVIANL Garr. II errore incidentis in aes.

CL pro CC Garr. II errore.

tineant. Praescriptio autem cum certa ratione restitui nequeat, probabiliter hoc fere modo explebitur:

dicantur sextantariae semunciariae, recteque Gronovius (de usuris p. 226 ed. Lugd. 1691) 'sestertiarium.. fenus', inquit, 'cum.. sestertiis.. usuris fingere prorsus est lascivire et Romanos docere Latine loqui'. Reliqua supplementa ita ordinavi, ut ea ne desint, sine quibus tabula subiecta intellegi nequeat. Emptionem autem intellege talem, qualem significat Plinius in epistula 7, 18: pro quingentis milibus nummum, quae in alimenta ingenuorum ingenuarumque promiseram, agrum ex meis longe pluris actori publico mancipavi, eundem vectigali imposito recepi, tricena milia annua daturus. Scilicet domini fundorum cum vendidissent eos rei pu-

blicae Ligurum, pretii loco numerata sorte ab imperatore rei publicae concessa, mox eos rursus ab eadem emerunt ita, ut usurae in perpetuum solvendae pro pretio essent. Obligationes pleraeque cum eodem tempore et quodammodo uno actu factae esse videantur, tres postea contractas distinguunt verba singulis praemissa 2, 26. 3, 14. 18 *item obligatione VIII*; unde has emptiones apparet factas esse tum, cum imperator nonam alimentorum instituendorum tamquam pensionem de fisco numeraret. Quibus autem intervallis eae pensiones datae sint, ignoratur; denique cum reliquae numerationes factae esse videantur eo anno, quem tabula praescribit, tantum abest, ut obligationis nonae solutiones simul factas esse constet, ut multo veri similis sit post tempus eas accessisse, tabulae autem praescriptum esse non annum incisionis, sed annum obligationis primariae.

Ipsae obligationes praediorum perscriptae sunt ad hanc formam.

1. Primo loco ponitur nomen domini fundi eiusdemque usurarum debitoris casu sexto, quasi fuerit *debentur ab illo nummi tot*. Praenomen non semper, saepe tamen adest.

2. Sequitur nomen fundi perscriptum casu plerumque secundo, quarto bis tantum 1, 23. 29; nam sextus 1, 19. 3, 79 inter errores fabriles videtur referendus esse. Omissum est neglegenter 3, 82.

3. In plena eiusmodi forma territorium quoque in quo esset fundus enuntiandum fuit; 'forma censuali', Ulpianus (Dig. 50, 15, 4 pr.) inquit, 'cavetur, ut agri sic in censum referantur: nomen fundi cuiusque: et in qua civitate et in quo pago sit: et quos duos vicinos proximos habeat'. In hac tabula quatenus territorium aut positum sit aut omissum, ex laterculo infra apposito apparet; ratio autem eius rei parum perspicitur. Hoc certe facile explicatur vicinorum quoque territoriorum possessores in eiusmodi laterculo reperiri, nam usurarum rei publicae Ligurum per singula semestria solvendarum obligationem etiam is recte suscipere potest qui fundum habet in pertica exempli causa Nolana. At cum in eiusmodi obligationibus suscipiendis eius rei publicae, cui usurae penduntur, possessores primum locum obtineant necesse sit, in hac tabula Ligustini possessores, qui quidem certi sint, nulli omnino inveniuntur, sed si excipias perticam Nolanam bis (1, 1. 12) nominatam, quicumque possessores territorium adscriptum habent, collocantur in Beneventano. Sane cum passim civitas non sit adscripta, conici potest pagos nude perscriptos finibus Ligustinorum comprehensos fuisse, eaque opinio adhuc obtinuit. At accuratius rem inspicienti parum probabitur. Primum cum tabulam recte Henzenus p. 68 epitomam esse dixerit instrumenti primarii eamque parum curiose factam, eiusmodi diligentia in distinguendis accurate pagis Ligustinis et non Ligustinis vix convenit scriptori in pagis adfinibusve ponendis vel non ponendis neglegentissime versato. Neque eiusmodi distinctio rationem habet, cum praesertim in tabula Veleiate longe curiosius perscripta pertica lege censuali requisita perpetuo addatur, sive Veleias ea est sive aliena. Deinde in duobus certe pagis Romano et Meflano, pertica Beneventana modo adscribitur, modo non adscribitur (scilicet in Romano adscribitur bis, omittitur ter, in Meflano adscribitur quater, omittitur sexies); quod quamquam cum illa lege pagos territorio non adscripto Ligustinorum fuisse adhuc ita conciliavimus, ut duos hos pagos inter duo territoria divisos statueremus (Henzen p. 76), quae distributio non est sine exemplo, tamen admisimus necessitate coacti magis quam probabili ratione. Reliqui autem pagi, quibus pertica nusquam adscripta est, possunt ii quidem Ligurum fuisse, ut scriptor civis scilicet Ligustinus perticam eius rei publicae utpote supervacaneam omiserit; sed consideranti pagos eos excepto solo Martiale septies nominato aut semel aut bis tantum perscriptos esse, quam infirmum haec opinatio fundamentum habeat apparet. Denique quod aliquoties (nempe 2, 6 in pago Aequano, cf. 1, 75. 29; item 2, 35. 3, 6 in pago Meflano) post pagum adicitur 'in Ligustino' cum perticae speciem prae se ferat, ipsam autem perticam significare nequeat (nam duobus certe ex tribus illis locis praecedat 'in Beneventano' neque usquam praeterea territorium invenitur post pagum collocatum), quo pertinuerit adhuc nemo satis explicuit. Mihi iam cum post multos annos ad hasce quaestiones olim agitatae rediissem, unum solum superesse visum est, scilicet ut sumamus Baebianis id ipsum accidisse, quod accidit Caudinis, ut rem publicam oppidumque retinerent, ager autem fieret Beneventanorum. Ita obscura et impedita quae fuerunt,

illustrantur omnia et explanantur. Hoc enim si factum erat, iam apparet, cur pertica Ligustina per totam tabulam nusquam nominetur; nulla enim Traiani tempore erat, adiecta antea ad Beneventanam. Denique rationem habet quod pertica quae esse desierat, sed cuius etiam tunc memoria superesset, ita ut factum est post civitatem legitimam pagumque extremo loco adiceretur. — Significatur autem territorium in prima parte tabulae (usque ad 2, 5) aut formula, qualis est in tabula Veleiate recte a Borghesio (*Bull. dell' inst.* 1835 p. 149 = opp. 6, 503) explanata *q(ui) e(st) in [Beneventano] sive [Nolano]* (1, 19. 36. 66. 74 cf. 1, 42. 47, quibus locis mutilis omnibus non pagi tantum, sed etiam territorii indicationem adfuisse probabile reddit praepositio in pago nusquam addita) aut formula *pertica Beneventana* (1, 8? 70. 2, 1. 5, item postea 2, 49) vel *Nolana* (1, 1? 12). Deinceps (inde a 2, 8) perpetuo legitur formula brevior *in Beneventano*, nisi quod semel 2, 49 rediit scriptor ad perticae mentionem, denique semel 2, 43 reperitur *finibus Beneventanorum* (nam perturbata sunt verba 3, 82 *fund. in Benevent. pago Catillino finibus*). Territorium pago non enuntiatio bis tantum reperitur 2, 49. 3, 70 neglegentia opinor scriptoris. — *Reg(io?)* 1, 21 quo spectet, nescio.

4. Ad territorium pagum adscribendum esse et Ulpianus (l. c.) ait et confirmat tabula, quae pagi vocabulum ponit casu sexto additque ei nomen (casu omissum 3, 41) plerumque forma adiectivi; nam per substantivum non enuntiatur nisi ter 3, 30 *pago Fasciae*, cum 3, 24 sit *pago Fasciano*, item 3, 34 *pag(o) Herculani*, cum 2, 23. 56 sit *pago Herculaneo*, et 2, 63 *pago Mefani*, cum passim legatur *Mefano* s. *Meflano*. In solo pago Fasciae sive Fasciano cum bis nominetur, altero loco sequuntur *campi Caediani* (3, 24) altero *campi Deciani* (3, 30). Pagus ubi non additur, id quod raro evenit, sola neglegentia scriptoris in causa est; quid quod 3, 19, ut apte monuit Henzenus p. 71, legitur *pago s. s.*, cum a capite praecedente pagus absit. Ea autem neglegentia ut perpetuo apparet, ita procedente opere ut fit magis magisque crescit, ut tertia pagina et scriptura et forma longe inferior sit prioribus (Henzen p. 72).

5. Sequuntur adfines ita, ut plerumque in singulis fundis singuli tantum adfines nominentur; exceptionem faciunt ea capita, ubi populus adfinis esse dicitur (1, 48. 67. 2, 2. 45. 3, 7), id est fundus situs esse ad viam publicam; eiusmodi enim indicationi adfinem alterum privatum semper addi consentaneum est. Semel tantum 2, 67 (cf. 1, 53) ponuntur privati duo iique fortasse eiusdem fundi simul domini. Similiter igitur adfines scriptor tractavit atque tractavit territoria; nam cum lege bini adfines ponendi essent (Ulpianus l. c.), Veleias scriptor saepe numero etiam plures posuerit, ipse in singulis se continuit, aliquoties (2, 8. 11. 17. 18. 19. 3, 11. 21. 26. 30. 33. 75. 77. 82) nullum scripsit. — Uno loco 2, 70 adfinis insertus est neglegenter inter fundum et pagum. In adfinibus cum nomina non sollemni forma ponantur, sed ad usum quotidianum, praenomina nusquam comparent.

6. Deinceps perscribitur summa qua quisque fundus aestimatus est, vel, ut semel 2, 67 reperitur, *emptus*.

7. Eam excipit summa pecuniae ab imperatore acceptae, formula *in sestertium milia tot*, pro qua quod quater legitur 2, 50. 3, 5. 12. 81 *f. sestertium tot*, fabrilis erratum esse credo. Conferenda est formula tabulae Veleiatensis *ille fundum professus est sestertiorum tot in sestertios tot*. — Si qui plures fundos non uno actu obligavit, summae et aestimationis et pecuniae acceptae primum de singulis actibus ponuntur, deinde coniunguntur formula hac: *f(iunt) sestertium tot milia in sestertium milia tot*. Hoc ubi evenit, scriptor interdum in singularibus professionibus debiti summam omisit (2, 3. 18. 20. 39) contentus universa. Ita factum est, ut debitor nullus in hac tabula bis perscriptus sit, quamquam non omnes obligationes eodem tempore factas esse apparet. — Universae summae rationibus subductis efficit sestertium quadringenta unum milia et octingentos nummos (401,800), cum Veleiates eodem tempore acceperint sestertium decies quadraginta quattuor milia (4,044,000).

8. Claudit caput summa usurarum a dominis deinceps pendenda, ad quas summas in futurum determinandas cum tabula praecipue spectaret destinata fortasse quaestoribus futuris pecuniae alimentariae, quorum pecuniarum earum exactio erat (v. Henzen p. 68), ad marginem collo-

catae sunt ordine separato. Sunt autem, ut in singulis capitibus apparet, usurae sextantariae semunciariae, cum in Veleiate tabula diserte reperiantur quincunces. Quam ob rem cum mihi persuadere nequeam in ipsa Italia Traiani aetate eam diversitatem obtinuisse, ut publice in perpetuum credenti in regione superiore eaque longe opulentiore duplo maiores usurae praestarentur quam in inferiore, magis crediderim usuras eas bis in anno quaestori numeratas esse et propterea hic non tam annuas summas perscriptas esse quam semestres. Fiunt autem usurae omnes (scilicet 2, 43 computatis sestertiis non XXXXIX, sed XXXXII) sestertium decem milia quadraginta quinque (10045), quae si semestres fuerunt, annuae efficiuntur sestertium viginti milia nonaginta (20090),

cum Veleiatibus annua numerarentur sestertium quinquaginta duo milia ducenti (52200). Quod si pueri alimentarii apud Ligures eadem atque Veleiates commoda accipiebant, id est sestertios annuos CXCII, summa illa pervenit ad pueros paullo plus centum.

9. Extra ordinem aliquoties additur, a quo pecunia petenda sit formula *n(umerat) ille*; ea enim interpretatio olim a me commendata (Henzen l. c. p. 69) adhuc vera mihi videtur. Numerant autem modo filii (1, 54 *n. fili*; 1, 69: . . . *s fl.*), modo servi domini (2, 71: *n. Comicus*; 2, 74: *n. Hedone*), modo servi alieni (1, 65 . . . *i Rufi*; 2, 3: *n. Callistus Rutili Lupi*); modo alii (2, 16: *n. Neratius Marcellus*; cf. 1, 28 . . . *tronianus*, 1, 41: . . . *ius Maximus*).

Subiecti sunt indices pagorum, fundorum, hominum in tabula nominatorum.

I. PAGI.

- { pertica Beneventana pago Aequano in Ligustino 2, 5 cf. 2, 9.
- { pertica Beneventana pago Aequano 2, 1 in Beneventano pagis . . .] et Aequano 1, 42
- pago Albano 3, 37
- pago Articulano 3, 12 cf. Horticulanus
- pago Beneventano 3, 28
- in Benevent(ano) pago Caelano 2, 40
- in Benevent(ano) pago Catillino finibus 3, 82
- in Benevent(ano) pago Cetano 3, 79
- { pago Fasciano campi Calediani 3, 24
- { pago Fasciae campi Deciani 3, 30
- { pago Herculaneo 2, 23. 56
- { pago Herculani 3, 34
- pago Horticulano 3, 68 cf. Articulanus
- pago Libicano 3, 49 cf. 3, 51
- pago Libitino 3, 54
- in Benevent(ano) pago Ligustino 2, 9: nisi fuit pago Aequano in Ligustino
- pago Martiale 1, 51. 3, 2. 4. 43. 45. 47. 63
- in Benevent(ano) pago Meflano (Mefano 2, 38) 2, 38. 3, 66. 72. 75
- pago Meflano (Mefano 2, 60) 2, 25. 60. 72. 75. 3, 39 cf. 2, 78
- pago Mefani 2, 63
- in Benevent(ano) pago Romano in Ligustino 2, 34
- pago Romano in Ligustino 3, 6
- finib(us) Beneventanor(um) pago Romano 2, 43
- pago Romano 2, 12. 54
- in Beneventano pago Saeculano 2, 31
- pago Salutari (Salutare 2, 70) 2, 66. 70. 3, 15 cf. 3, 19
- in Benevent(ano) pago Tuciano 2, 27
- [per]tica Nolana 1, 1? 12
- per]tica Beneventana 1, 70. 2, 49
- in Benevent(ano) 1, 24? 31. 47. 3, 70
- per]tica 1, 8

II. FVNDI.

- fundus Albanus 2, 30. 66. 3, 37
- Albanus cum casis 2, 24
- Amarantianus Surianus Annianus 2, 30
- Annianus v. Amarantianus
- antiquus 3, 13
- Antonianus cum casa 3, 28
- Appianus cum circeis 2, 11
- Apuleianus 2, 62
- k(asa) Aquaerata 3, 53
- fundus Aquilianus 2, 77
- Arellianus 2, 63
- Avillianus 2, 19
- casa Aureliani 2, 14
- fundus Aurelianus Marcianus 3, 11
- Bassianus 2, 47
- Caes 1, 76
- {Caerellianus 1, 29. 3, 39
- {Cerellianus 2, 53
- Caesianus 2, 27: cf. Valerianus
- [campus Caledianus 3, 25]
- fundus Calanus cum pariet(inis) 3, 9
- Camurianus 3, 6
- Carpius 3, 15
- Cassianus 2, 62
- Cerellianus v. Caerellianus
- Cispellianus 3, 41
- Clodianus 2, 55
- Coronianus 2, 53
- casa Crispinill(ae) 2, 54
- fundus Curianus 2, 22. 37
- Curtianus 3, 51
- [campus Decianus 3, 30]
- fundus Decianus 3, 4
- Domitianus 3, 67
- Familiaris 3, 53
- Flavianus 2, 72. 75
- casa Foederna v. Vareianus
- fundus Gallianus 3, 62
- Geminianus Tebanus 3, 56
- Herculeianus 3, 17
- Iulianus 2, 18
- Iulianus maior et minor et medianus 3, 21
- Labeonica turricula 3, 22
- fundus Luceianus Gallianus 3, 62
- Lucilianus 3, 45
- Lusianus 2, 59
- Manlianus 3, 24
- Marcellianus 2, 21
- Marcianus 2, 17. 3, 26: cf. Aurelianus
- Marcianus cum parietinis 2, 69
- Munatianus 2, 37
- Nasennianus 2, 20

- fundus Nonianus 3, 70
- Octavianus 3, 77
- Paccianus 2, 14
- Pastorianus 2, 1
- Peticianus 3, 49
- Petillianus cum casis et parietinis 3, 33
- Petronianus 3, 72
- Plinianus v. Valerianus
- Pomponianus 2, 5
- casa Popillianica 2, 60
- fundus Postumianus 3, 30
- Primigenianus 2, 65
- Profianus 2, 40
- Publianus 2, 51
- Ru . . . 1, 11
- fundus Rubrianus 2, 8
- Satrianus 2, 17. 23
- Senecianus 3, 43
- Senianus Valintinianus 3, 77
- Sestianus 2, 43
- Suellianus 2, 66
- Surianus v. Amarantianus
- Sutorianus 2, 66
- Tebanus v. Geminianus
- Terentianus paternus 3, 35
- Trebellianus 2, 11
- Valerianus 3, 47
- Valerianus Caesianus Plinianus cum saltibus XXV 2, 47
- Valerianus Vasclianus cum [pari]etinis 3, 1.
- Valintinianus v. Senianus
- Vareianus cum casa Foederna 3, 59
- Vasclianus v. Valerianus
- Vedianus 3, 79
- Veiacanus 2, 34
- Vergilianus 3, 75
- Vettianus minor 3, 65
- Vibianus 3, 19
- Vitellianus 2, 20
- anus 1, 42
- aspidianus 1, 50
- briso . . . 1, 61
- cap. (?) 1, 11
- lorianus 1, 23
- mollianus 1, 5
- nianus 1, 53
- ollianus 1, 39
- onianus 1, 16
- cum casa 3, 28. 59; cum casis 2, 24; cum casis et parietinis 3, 33
- cum circeis 2, 11
- cum parietinis 2, 69. 3, 1. 9 cf. 3, 33
- cum saltibus XXV 2, 47

III. POPVLI. HOMINES.

- adf. populus 1, 48. 67. 2, 2. 45. 3, 7
 adf. Caesar n(oster) 2, 35. 49. 54. 70.
 3, 5. 17. 25
 dom. res publica Baebianorum 3, 21
 adf. res publica Ligurum 1, 44
 adf. res publica Ligustinorum 3, 7
 dom. Afinius Cogitatus 3, 82
 dom. T. Amunius Silvanus 2, 11
 dom. Annius Rufus 2, 47
 dom. Antius Gamus 3, 35
 dom. Antistius Iustus 3, 62
 dom. Antistius Priscus 3, 62
 dom. Badius Saturninus 3, 79
 dom. Bebbius Ferox 3, 47
 dom. Betulenus Priscus 3, 43
 dom. M. Caelius Flaccus 3, 43
 adf. Caelius Maximus 3, 54. 57
 adf. Caesius . . . 1, 6
 num. Callistus Rutili Lupi 2, 3
 dom. P. Camurius Fortunatus 2, 59
 dom. Ceius Venator 3, 28
 dom. Ceius Vestigator 3, 24
 dom. Clodius Conveniens 2, 65
 num. Comicus 2, 71
 dom. Cosinius Cosmus 3, 72
 dom. Crispia Restituta 2, 5
 dom. . . . Ferox 3, 1: cf. 3, 46
 adf. Folius Oriens 3, 80
 adf. Gavia Myrtale 2, 41
 num. Hedone 2, 74
 dom. Helvius Modestus 3, 56
 dom. C. Iulius Saturninus 2, 51
 adf. Iulius Saturninus 2, 15
 dom. Iulia Hecate 2, 53
 dom. Licinius Liberalis 3, 59
 dom. Livinius Proculus 3, 49
 dom. L. Longius Pyramus 2, 43
 dom. Cn. Marcius Rufinus 2, 17
 adf. Marcius Rufinus 2, 63. 3, 19
 adf. Marcius Rufus 2, 76
 adf. Marius Restitutus 2, 32
 num. . . . ius Maximus 1, 41
 adf. Messius Aper 2, 28
 adf. Metilius Marcellus 2, 45
 adf. Na . . . 1, 24
 Naeratus v. Neratius
 dom. Naevius Vitalis 2, 75
 adf. Nasidius Vitalis 2, 6
 dom. Neratius Corellius 2, 14
 dom. L. Naeratus Diadumenus 2, 8
 adf. Neratius Marcellus 2, 51. } sine dubio L. Ne-
 73. 3, 60 } ratius Marcellus
 num. Neratius Marcellus 2, 16 } legatus Brit-
 } tanniae a. 101/3,
 } cos. II a. 129.
 dom. Nonius Restitutus 3, 70
 adf. " " 2, 25
 dom. Octavius Lybicus 3, 33
 dom. Q. Octavius Martialis 3, 11
 adf. Octavius Modestus 2, 38
 adf. Octavius Proculus 3, 68
 adf. Octavia Venusta 3, 71
 dom. A. Plotius Optatus 3, 6
 dom. . . . tronius Primigenius 3, 4
 adf. Priscia Restituta 2, 2
 adf. Rubrius Primus 3, 40 (ubi casu co-
 gnomen deest). 42
 num. [servus] . . . i Rufi 1, 65
 adf. Rutilius Lupus 3, 2. } fortasse is qui im-
 29. 35. 44 } perante Traiano
 dominus servi numerantis Ru- } Aegypto praefuit
 tilius Lupus 2, 3 } (Henzen p. 86).
 adf. . . . Inius Secun . . . 1, 80. Hunc
 Ogulnium fortasse Secundum ali-
 quando pro Plinio Secundo habue-
 runt (Henzen p. 64).
 adf. Seppius Ferox 3, 46: cf. 3, 1
 dom. M. Septicius Crescens 3, 65
 adf. Septicius Rufus 3, 73
 dom. Sosius Secundus 3, 51
 dom. Stafonius Secundus 3, 41
 dom. L. Statorius Restitutus 2, 69
 dom. Statorius Pudens 3, 45
 dom. Statoria Prisca 3, 45
 dom. Stenius Felix 3, 77
 adf. Suellius Flaccus 2, 21. 67
 adf. (Suellius?) Rufus 2, 67
 adf. Sulpicius Flaccus 3, 37
 dom. L. Tettius Etruscianus 2, 30
 adf. Tettius Etruscus 2, 23
 dom. P. Tintorius Felicio 3, 9
 dom. P. Titius Aiax 2, 34
 dom. Trebius Ampliatus 3, 75
 adf. " " 3, 66
 dom. Trebonius Primus 2, 62
 adf. Turpillius Lupus 2, 56
 dom. Turselius Pudens 3, 39
 dom. C. Valerius Pietas 3, 17
 adf. Valerius Valerianus 2, 64
 dom. Valgia Secunda 2, 37
 dom. Vergilius Proculus 3, 37
 dom. L. Vibbius Anencletus 2, 72
 dom. Vibbius Modestus 3, 53
 adf. " " 3, 50. 51
 adf. Villius Flaccus 3, 43. 15
 adf. . . . ellius Vitalis 1, 71. Composuit
 Garruccius diss. arch. 1, 119 cum
 M. Nasellio Vitale tituli Beneven-
 tani infra editi.
 adf. Umbrius Primus 2, 78. 3, 47. 63
 . . . anlia 1, 44
 . . . artinus 1, 62
 . . . dens 1, 13
 . . . enius 1, 48
 . . . tronianus 1, 28
 . . . ger 1, 37
 . . . lus 1, 67
 . . . reinus 1, 56

Denique observandum est, quantopere quadra-
 tarius aetatis Traianae non solum negligentia
 peccarit, quo pertinent praeter alia multa supra
 adlata pagi nomen omissum 3, 41, cognomen
 omissum 3, 40, adf. omissum 3, 15, Satur-
 tino 2, 15 pro Saturnino, Mefan- ter pro Me-
 flano, sed etiam ignorantia: ut dedit inscr. 3
 puellae, 2, 8 Naeratio, 2, 53 Cerelliani, 3, 33
 Lybicus.

1456 in scuto aereo utrimque scripto cum
 anulo quod rep. est Morcone (prov. Molise),
 contrada di Coffano.

T · STATILIO · TAVRO
 MW · AEMILIO · LEPIDO · COS^{P.C.}₁₁
 TRICVND · TI · CLAVDI · NERONIS · SER · VILIC
 MACIST · BELLONAE · LVCERNA · CVM
 5 SVLS · ORNAMENT · LIBENS · ANIMO · DONVM
 DAT · IDIB · IVN · IN · LICVRES · BAEBIANOS

De Agostini dedit Dresselio descriptam ab
 amico; melius descriptam miserunt Minervinius
 et Corazzinius.

5 SVLS, 6 IN om. Cor. — Ab altero latere
 legitur 1 VILICVS, 4 MAGISTER — LVCERNAM,
 5 ORNAMENTIS, 6 IVNIS — LCVRES BEBIANIS.

Ti. Claudius Nero qui fuerit, postquam pri-
 vignus Augusti a. p. Chr. 4 nomen mutavit, non
 reperio. Possis adeo suspicari hunc ipsum intel-
 legi errore a servo antiquo nomine appellatum;
 certe eius nominis alter homo vilicum habens
 in Samnio, dives igitur et conspicuus, Augusto
 imperante si fuisset, eum vix ignoraremus.

1457 [= 1355] cippus. Macchiae, rep. prope
 locum ubi extabat tabula alimentaria.

I M P · CAES ·
 M · ANTONIO ·
 G O R D I A N O ·
 P I O · F E L · A V G
 5 P O N T I F · M A X · T R I B
 P O T E S T · C O S · P · P
 P · D · D

Recognovit Dressel. Garrucci Bull. Napol. a.
 V p. 70.

1458 cippus. Macchiae rep. sine dubio cum
 n. 1457.

FVRIAE · SABINI
 AE · TRANQVILLINAE
 SANCTISSIMAE
 CONIVGI · D · N ·
 5 I M P · M · ANTONI
 G O R D I A N I · P I I
 F E L I C I S · A V G
 P · D · D

Dressel descripsit ti-
 tulum squalentem.
 3 SANCTISSIMI//Dres-
 sel, SANCTISSIMI EIVS
 de Agost.

1459 [= 1360] Macchiae rep. ibi ubi inventus
 est n. 1466. Extat adhuc, sed videre non
 potuit Dressel.

C · AMARFIO · Q · FILIO
 SATVRNINO · VETERANO
 AVGG · NN · EX · LEGIONE ·
 SECVNDA · PARTHICA · de CVRIONI
 5 ET · OMNIBVS · HONORIBVS · FVNCTO
 PATRI · ET · AVO · DECVRIONVM · PATRO
 NO · OB · EXSIMIAM · ADFECTIONEM
 TAM · IN · SINGVLOS · QVAM · IN · VNIVER
 SOS · CIVES · COLLEGIVM · DENDRO
 10 FORVM · ITEMQVE · FABRVN · AERE
 CONLATO · PATRONO · BENIGNISSI
 MO · POSVERVNT
 L · D · D · D

Descriperunt de Agostino, qui dedit mihi et Garrucio
 mon. Lig. p. 30, et Garruccius, qui ed. de visu
 diss. arch. 1, 129 (cf. Bull. Napol. 5, 70). Henzen 7048.
 1 CA-MARTIO traditur; sed Amarfia gens est Bene-
 ventana. — 3 AVG Garr. I. — 4 PARTHIC-AED-CVRIONI
 traditur; quod si est in lapide, ut esse dicitur, qua-
 dratarius erravit, nam aedilitas honoribus compre-
 henditur, nec hic curioni locus est. — 7 EXSIMIAM-
 ADFECTIONEM Garr. II, EXSIMIAM-AFFECTIONEM Agost. —
 10 ITEMQVE Garr. II, ATQVE Agost.